

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D.Alberto Reiffenstein

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

ret, non fuiffem passus à uobis me auellitum præ-
fertim audiam clementiorē esse pestilentiam, quàm
antea nunciabatur. Verùm hic me hæc scholæ pars,
quæ hanc sedē elegit, alligat. Heri primum huc ue-
ni, nec cognoui qui sit status huius scholæ, aut quæ
forma futura sit. Cùm poteris, queso te ut ad nos
copiosissimè scribas. Longicampiano salutem dices
meis uerbis. Utinam ita essent eius res, ut nobiscum
uiuere posset. Sed ferenda est Dei uoluntas. Die
Laurentij, Anno 1527.

D. Alberto Reiffenstein

S. D.

Rectè iudicas de meo erga te animo, mi Alber-
te. Verè enim te non minore amore quàm meos li-
beros complector: ac planè hoc tuum iudicium de
mea erga te beneuolentia, maximè mihi uoluptati
fuit. Deus faciat, ut uestris studijs tantum uolupta-
tis adferre possim, quantum opto & cupio. Et-
si uos amo propter priuatam inter patrem & me
amicitiam: tamen mihi crede, Reipublicæ causa
magis etiam uobis deuinctus sum. Cupio propa-
gare ad posteros, quantum ego quidem possum,
has literulas, in quibus uersor: quas iudico Reipu-
blicæ utiles esse. Quarum studio cùm te incensum
esse uideam, efficiam ut intelligas, mea tibi officia
tendenti ad ueram laudem non deesse. Mitto tibi
senten-

sententias eruditissimi Lutheri, de quibus disputa-
uimus his diebus. Dabis etiam exemplū D.D. Plet-
nero. Vale.

Guilmo Reiffenstein, Guilhelmi
filio, S. D.

Literis tuis, mi Guilhelme, non eo tantum dele-
tatus sum, quod habebant egregiam amoris er-
ga me tui significationem: sed etiam, quod erant di-
ligenter & eleganter scriptæ. Itaque te adhortor, ut
quod facis, in hanc rationem studiorū & exercen-
di styli incūbas. Mea opera tibi, si quid modò præ-
stare potero, non defutura est. Quid uideatur mihi
de aduentu ad uos uestro, scripsi Marcello. Et
Lipsiæ animaduerti patris tui, uiri optimi, senten-
tiam cum mea congruere. Non solum ad uestra stu-
dia, sed etiam ad Rempublicam pertinet, honestos
adolescētes frequentiam scholæ augere, *ὡς ἐστὶν ἀ-
νθρώποις τὰ λόγια τῆς φιλοσοφίας ἐπαγγελία* -
μολοῖς τὰ λόγια τῆς φιλοσοφίας ἐπαγγελία. Vobis etiam
honestum est, conspici' in turba eruditorum, cum
quadam uirtutis opinione. Vale.

Bernhardo Eritio S. D.

Magnam mihi uoluptatem attulerunt tuæ litē-
re, in quibus & amoris erga me tui significatio ex-
tat, & studiorum commemoratio. Sed multo ma-
gis